

138.

Abt Wilhelm zu Morimund beauftragt den Abt zu Altezelle für die Pflege und das Gedeihen des Bernhardinerkollegs in Leipzig in allen Stücken Sorge zu tragen. Altezelle, 1466 Juni 26.

Hilschr.: Or. Perg. Hauptstaatsarchiv Dresden mit dem grünen wohlerhaltenen Siegel des Abtes an Pergamentstreif.

Frater Guillermus abbas Morimundi Cisterciens. ordinis Lingonensis dyocesis in 5
tota natione Germanica ac nonnullis | aliis regionibus et provinciis plenaria domini et
capituli generalis Cisterciens. auctoritate fungens cum potestate etiam vices nostras com-
mittendi, venerabili | patri et in Christo nobis precarissimo coabbati nostro monasterii de
Vetericella eiusdem nostri ordinis Misnensis dyocesis salutem et in commissis fideliter
adhibere | diligentiam. Licet ex officio nobis incumbat omnium et singulorum nostri 10
prefati ordinis monasteriorum ac in studiis generalibus consistentium collegiorum visita-
tionis ac reformationis sollicitudo, quia tamen quamplurimis arduis ac necessariis nostri
dicti ordinis prepediti negotiis omnia et singula ut expediens foret per nos adimplere non
valemus, hinc est quod de vestra discretione ac sollerti prudentia aliisque quamplurimis
virtutibus quibus vos altissimus insignivit ad plenum confidentes, attento etiam zelo bono 15
et affectu sincero, quem geritis ad constructionem et erectionem nostri collegii sancti
Bernardi in oppido Lipezensi, ut occulariter experti sumus, vobis tenore presentium
auctoritate qua supra vobis omnimodam conferimus potestatem ordinandi, instituendi et
destituendi omnia et singula que decreveritis fore ordinanda, instituenda vel destituenda
in dicto collegio in spiritualibus et temporalibus, et presertim ut edificium per vos ibidem 20
inceptum citius quo fieri poterit consumetur, ad quod etiam vobis conferimus potestatem
compellendi abbates vobis assignatos ad contribuendum pro operis per vos incepti con-
summatione et scolaribus mittendis cum debitis et sufficientibus provisionibus et sub
penis in Benedictina contentis, dantes siquidem vobis in mandatis, quatenus citius quo
fieri poterit ordinare curetis unam cartam seu regulam secundum quam religiosi ibidem 25
studentes tam in servicio divino quam etiam in suis lectionibus aut disputationibus se
regere habeant, constituendo etiam et eisdem proficiendo virum doctum et providum in
provisorem dicti collegii, qui eos secundum cartam aut regulam eis per vos instituendam
vivere compellat ut consuetum est in aliis nostri ordinis collegiis, videlicet Parisiis, Halde-
berge (*sic*) aut alibi secundum papalia et nostri prefati ordinis laudabilia instituta. Inhibe- 30
mus insuper districtissime precipiendo, ne quisquam nostri ordinis in dicto collegio scolaris
ausu temerario iura, leges, medicinam aut alias scientias in nostro ordine prohibitas sub
penis in Benedictina contentis studere audeat aut presumat. Quod si quis tale pre-
sumpserit tamquam excommunicatus habeatur et de collegio expellatur. Si qui vero de
predictis abbatibus hiis nostris ymo verius capituli generalis mandatis obedire con- 35
temperint, post primam ammonitionem eosdem auctoritate qua supra excommunicatis
excommunicatosque denunciatis, cuius quidem excommunicationis absolutionem, si resi-
puerint, vobis reservando committimus. Omnibus igitur et singulis nostri sepedicti ordinis